Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

meus pone illos ut rota: et sicut stipula ante faciem
venti. Sicut ignis qui combuit silua: et sicut flam
ma conburens montes. Ita persequis illos in tempesta
te tua: et in ira tua turbabis eos. Implebis facies eorum
ignominia: et querent nomen tuum dne. Erubescant
et conturbentur in sculum seculi: et confundantur et pereant
Et cognoscant quia nomen tibi dns: tu solus altis
simus in omni terra
Quam dilecta tabernacula tua dne virtutum
concupiscit et deficit anima mea in atria dni. Cor
meum et caro mea: exultauerunt in deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur ni
dum vbi reponat pullos suos. Altaria tua dne
virtutum: rex meus et deus meus. Beati qui habi
tant in domo tua dne: in secula seculorum laudabunt te
Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones
in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in
loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legisla
tor: ibunt de uirtute in virtute: videbitur deus deorum in sy
on. Domine deus virtutum exaudi orationem meam auribus pri
pe deus iacob. Protector noster aspice deus et respi
ce in faciem xpi tui. Quia melior est dies vna
in atriis tuis super milia. Elegi abiectus esse in domo dei
mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Qua
miam misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit
dns. Non priuabit bonis eos qui ambulant in
innocentia: dne virtutum beatus homo qui sperat in te
ant. Tu solus altissimus super omnem terram ant. Benedixisti
Benedixisti dne terram tuam: auertisti captiuitatem
iacob. Remisisti iniquitatem plebis